amplius ꝓpetrare ſed pro eis doleo ⁊ dolebo quãdiu vixero paratus penitẽtiã agere ⁊ ꝓ poſſe ſatiſface re. Dimitte michi deus. dimitte michi pctã mea ꝓpter nomen ſctm̃ tuum ſalua aiam meam quaꝫ precioſo ſãguine redemiſti. Ecce committo me mie tue reſigno me in manibus tuis. age mecum ſecunduꝫ bonitatem tuam non ſecundũ meã malicíã ⁊ iniqtatẽ. Offero etiaꝫ tibi oia bona mea: q̃uis valde pauca et imperfecta vt tu ea emendes et ſctifices vt ea grata habeas et accepta tibi facias et ſemꝑ ad meliora trahas necnon ad btm̃ ⁊ laudabilẽ finẽ me pigrũ ⁊ inutilẽ homuntionẽ ꝑducas. Offero queq tibi oia deſideria deuotorũ neceſſitates parentum amicoꝝ fratrũ ſoroꝝ oim q̃ caroꝝ meoꝝ ⁊ eoꝝ qui michi vel alijs ꝓpter amorẽ tuũ benefecerũt ⁊ qui orõnes et miſſas ꝓ ſe ſuiſq; oibus a me dici deſiderauerunt et petierunt ſiue in carne adhuc viuãt ſiue iaꝫ ſeculo defuncti ſint vt oẽs ſibi auxiliũ gratie tue opem cõſolationis ꝓtectionẽ a ꝑiculis liberationẽ a penis aduenire ſentiant: et ab omibus malis erepti gratias tibi magnificas leti perſoluant. Offero etiam tibi ꝑces et hoſtias placationis ꝓ illis ſpãlr̃ qui me in aliquo leſerunt: contriſtauerunt aut vituperauerunt vel aliquod dãnũ vel grauamẽ intulerũt ꝓ his quoq; oibus quos aliqñ cõtriſtaui ꝯturbaui grauaui et ſcãdalizaui verbis factis ſciẽter et ignoranter vt nobis oib⁹ pariter indulgeas pctã noſtra et mutuas offenſiones. Aufer dñe a cordib⁹ noſtris oẽm ſuſpitionẽ indignationeꝫ: irã et diſceptationeꝫ et q̃cquid põt caritatẽ ledere et fraternã dilectionẽ minuere. Miſerere miſerere dñe miam tuam poſcẽ

tib⁹ da gratiam idigentib⁹ et fac nos tales exiſtere vt ſim⁹ digni gr̄a tua pfrui/ꝛ ad vitā pficiam⁹ eṫnā

¶ Quod ſacra communio de facili non eſt relinquenda. Capitulum. x.

Frequenter recurrendū eſt ad fonte gratie et diuine mie/ad fontem bonitatis ꝛ totius puritatis quatenus a paſſionibus tuis et vicijs curari valeas et contra vniuerſas tentationes ꝛ fallacias dyaboli fortioꝛ atq̧ vigilantioꝛ effici merearis. Inimicus ſciens fructum et remediū maximū in ſacra cōione poſitum oī modo ꝛ occaſione nitit̄ fideles ꝛ deuotos q̄ꝫtum preualet retrahere ꝛ impedire Cum em̄ quidam ſacre cōioni ſe aptare diſponunt peioꝛes ſathane imiſſiones patiunt̄. Ipſe enim neq̄ꝫ ipus vt in iob ſcribitur venit iter filios dei vt ſolita eius nequitia perturret aut timidos nimiū reddat et perplexos quaten⁹ affectū eoꝝ minuat vl̄ fidem impugnando auferat ſi foꝛte aut oīno cōionem relīquāt aut cū tremoꝛe accedāt. Sꝫ nō ē quicq̄ꝫ curandum de verſutijs ꝛ fantaſijs illi⁹ quantum libet turpibus et hoꝛridis ſed cuncta fantaſmata in caput eius ſunt toꝛquēda Contēnend⁹ eſt miſer et deridēdus/nec ppter inſult⁹ eius et cōmotiones quas ſuſcitat ſacra eſt obmittenda cōio. Sepe etiam impedit nimia ſolitudo p deuotiōe habēda ꝛ anxietates q̄dam de cōfuſione facienda. Age ſecūdū cōſilium ſapientum et depone anxietatē ꝛ ſcrupulū: qꝛ grām dei impedit et deuotionē mētis deſtruit. Propter aliquā puā tribulationē vl̄ grauitatē ſacrā ne dimittas cōionem: ſed vade cit⁹ cōfiteri ꝛ oēs offēſiōes alijs libenter indulge Si vero tu aliquem offendiſ

ſti veniam humiliter precare et de⁹ libenter indulge bit tibi. Quid prodeſt diu tardare confeſſionem aut ſacrã differre cõionẽ? Expurgat te cũ primis expur gaueris velociter venenũ: feſtina accipere remediũ et ſẽties meli⁹ q̃ ſi diu diſtuleris. Si hodie propter iſtud dimittis cras forſitan illud magis eueniet ⁊ ſic diu poſſes a cõmunione ĩpediri et magis ĩept⁹ fieri. Quanto ergo citius vales: a preſenti grauitate ⁊ in ertia te excutias: q: nihil importat diu anxiari diu cum tribulatione tranſire et ob quotidiana obſtacu la ſe a diuinis ſeq̃ſtrare imo plurimũ nocet diu cõio nem pcelare nã et grauẽ torporẽ cõſueuit inducere Prothdolor quidã tepidi et diſſoluti moras confi tendi libenter accipiunt et cõionem ſacram idcirco differre cupiunt ne ad maiorem ſui cuſtodiam ſe da re teneantur. Heu q̃ modicam caritatem et debilez deuotionem hñt q̃ ſacrã cõionem tam faciliter poſt ponunt q̃ felix ille ⁊ deo accept⁹ habetur q̃ ſic viuit et tali puritate conſcientiam ſuam cuſtodit vt et oi die cõicare parat⁹ et bene affectat⁹ eſſet ſi ei liceret et ſine nota agere poſſet. Si quis interdum abſtinet humilitatis gratia aut legittima impediente cauſa laudandus eſt de reuerentia. Si autem torpor ob repſerit ſeipſum excitare debet ⁊ facere quod in ſe ẽ et dñs aderit deſiderio ſuo pro bona voluntate quã ſpecialiter reſpicit. Cum legittime ꝑeditus eſt ha bebit ſꝑ bonam voluntatem et piam intentionem cõicandi ⁊ ſic non carebit fructu ſacramẽti. Poteſt enim quilibet deuotus omni die et omni hora ad ſpi ritualem chriſti cõionem ſalubriter ⁊ ſine prohibiti one accedere et tamen certis dieb⁹ ⁊ ſtatuto tẽpore

corp⁹ ſui redemptoris cū affectuoſa reuerētia ſacrā mentaliter dꝫ ſuſcipere ⁊ magis laudē dei ⁊ honorē pretendere ꝙ̄ ſuam cōſolationē q̄rere. Nam totiens myſtice cōicat et inuiſibiliter reficit quotiēs incarnationis xp̄i myſteriū paſſionēq̄ꝫ deuote recolit et i amore eius accenditur. Qui aliter ſe non preparat niſi inſtante feſto vel ꝯſuetudine ꝯpellente ſepi⁹ imparat⁹ erit. Btūs qui ſe dn̄o in olocauſtū offert quotiens celebrat aut communicat. Non ſis in celebrādo nimis prolixus aut feſtinus ſed ſerua bonum cōmunem modum cum quibus viuis. Nō debes aliis generare moleſtiam et tedium ſed communem ſerua viam ſecundum maiorum inſtitutionem et poti⁹ aliorum ſeruire vtilitati ꝙ̄ proprie deuotioni vel affectui.

¶ Quod corp⁹ chriſti ⁊ ſacra ſcriptura maxime ſunt anime fideli neceſſaria. Cp̄ꝫ xi.

O Dulciſſime domine ieſu ꝙ̄ta eſt dulcedo deuote aīe tecum epulantis in conuiuio tuo vbi ei non alius cibus manducandus proponitur niſi tu vnicus dilectus eius ſuper omnia deſideria cordis eius deſiderabilis. Et mihi quidē dulce foret in preſentia tua ex intimo affectu lachrimas fundere et cum pia magdalena pedes tuos lachrymis irrigare Sed vbi eſt hec deuotio: vbi lachrimarū ſanctarum copioſa effuſio. Certe in conſpectu tuo et ſanctorum angelorum tuorum totū cor meum ardere deberet et ex gaudio flere. Habeo eni te in ſacramento vere preſentem: ꝙ̄uis aliena ſpecie occultatum. Nā i propria et diuina claritate te conſpicere oculi mei ferre non poſſent: ſed nec totus mundus in fulgore glorie

maieſtatis me ſubſiſteret. In hoc ergo imbecillitati
mee cōſulis q̄ te ſub ſacramēto abſcōdis Habeo ve
ro et adoro quē angeli adorāt in celo: ſed ego adhuc
interim in fide illi autē in ſpecie ꝛ ſine velamie. Me
oportet eſſe contentum in lumine vere fidei et in ea
ambulare donec aſpiret dies eterne claritatis ꝛ vm
bre figurarum inclinentur. Cū autem venerit quod
perfectū eſt ceſſabit vſus ſacramētoꝝ: q̄ beati ī glo
ria celeſti non egent medicāine ſacramenti: gaudēt
enim ſine fine in preſentia dei facie ad faciem gloriā
eius ſpeculantes et de claritate in claritatē abyſſa
lis deitatis tranſformati guſtant verborū dei carnē
facto ſicut fuit ab initio ꝛ manāt ineternū. Memoria
hoꝝ mirabilium graue mihi fuit tediū etiā quolibet
ſpūale ſolatium quia q̄diu dn̄m meum aperte in ſua
gloria non video pro nihilo duco omē quod ī mūdo
conſpicio et audio. Teſtis es tu mihi deus q̄ nulla
poteſt me res conſolari nulla creatura quietare niſi
tu deus meus quē deſidero eternaliter contemplari
Sed non eſt hoc poſſibile durante me in hac morta-
litate. Ideo oportet vt me ponā ad magnam patien
tiam ꝛ meipſum in omni deſiderio tibi ſubmittā. Nā
et ſancti tui dn̄e qui tecum iam in regno celorum ex
ultant: in fide et patientia magna dū viuerent aduē
tum glorie tue expectabant. Quod illi crediderunt
ego credo quod illi ſperauerunt ego ſpero quo illi ꝑ
uenerunt per gratiam tuā me venturum ꝯfido. Am-
bulo interim in fide exemplis confortatus ſanctorū
Habeo etiaꝫ libros ſanctos pro ſolatio ꝛ vite ſpecu
lo: atq̄ȝ ſuper hec omnia ſanctiſſimum corp⁹ tuum ꝑ
ſingulari remedio et refugio. Duo nanq̄ȝ mihi ne-

ceſſaria per maxime ſentio in hac vita ſine quibꝰ mi
chi importabilis foret iſta miſerabilis vita. In car-
cere corporis huius detentꝰ duobꝰ me egere fateor
cibo: ſcilicet et lumine. Dediſti itaqꝫ michi infirmo
ſacrum corpus tuū ad refectionem mentis: et cor-
poris et poſuiſti lucernā pedibus/ meis verbū tuum
Sine his duobus bn̄ viuere nō poſſem. nam verbū
dei lux aie mee: et ſacrm̄ tuum panis vite. Hec poſ
ſunt etiam dici menſe due hinc et inde in gazophila
rio ſancte eccleſie poſite. Una mēſa eſt ſacri altaris
habens panem ſanctum. i. corpus chriſti precioſum
Altera eſt diuine legis continens doctrinam ſan-
ctam erudiens fidē rectā et firmiter vſqꝫ ad interi-
ora velaminis vbi ſunt ſctā ſctōrū perducens. Gras
tibi dn̄e ieſu lux lucis eterne pro doctrine ſacre mē
ſa quam nobis per ſeruos tuos ꝓphetas et apoſto
los alioſqꝫ doctores miniſtraſti. Gras tibi creator
et redēptor hoim qui ad declarandum toti mundo
caritatē tuam cenā paraſti magnā in qua nō agnus
typicum: ſed tuū ſanctiſſimū corpus et ſanguinem
ꝓpoſuiſti manducandū letificās oēs fideles ꝯuiuio
ſacro et calice inebrians ſalutari in quo ſunt oēs de
licie paradiſi/ et epulātur nobiſcū angeli ſancti ſed
ſuauitate feliciori. O q̄ magnū et honorabile eſt of
ficium ſacerdotum qbus datum eſt dn̄m maieſtatē
verbis ſacris conſecrare labijs benedicere mani-
bus tenere/ ore proprio ſumere et ceteris miniſtra-
re. O q̄ munde debent eſſe manus ille: q̄ purū os
q̄ ſanctum corpus q̄ immaculatum erit cor ſacer-
dotis / ad quem totiens ingreditur auctor purita-
tis. Ex ore ſacerdotis nichil niſi ſanctum: nichil nꝭ

in honeſtum vtile ꝓcedere dz verbum qui tam ſepe chriſti accipit ſacramentū. Oculi eiꝰ ſimplices ⁊ pudici qui chriſti corpꝰ ſolēt intueri. Manus pure ī celum eleuate que creatorem celi et terre ſolent cōtrectare. Sacerdotibus ſpecialiter in lege dicitur. Sancti eſtote quoniam ego ſanctus ſuz dn̄s deus veſter Adiuuet nos gratia tua omnipotēs deus vt q̄ officium ſacerdotalem ſuſcipimus digne ac deuote tibi in omni puritate et conſcientia bona famulari valeamus Et ſi non poſſumus in tanta innocentia vite conuerſari vt debemus: cōcede nobis tn̄ digne flere mala que geſſimus: vt ī ſpiritu humilitatis ac bone voluntatis propoſito tibi feruētius de cetero deſeruire valeamus.

¶ Quod magna diligentia ſe debeat cōmunicaturus xp̄o preparare. Capitulum. xij.

Ego ſum puritatis amator et dator omnis ſanctitatis. Ego cor purum quero et ibi eſt locus requietionis mee Para michi cenaculū grāde ſtratum/et faciam apud te paſcha cum diſcipulis meis Si vis veniam ad te et apud te maneaz expurga vetus fermentum et munda cordis tui habitaculum. Exclude totum ſeculum et omnez viciorū tumultū ſed tanq̄ȝ paſſer ſolitarius in tecto/et cogita exceſſꝰ tuos in amaritudine aīe mee. Omnis nanqȝ amans ſuo dilecto amatori optimū et pulcherrimū ꝑparat locum qꝛ in hoc cognoſcitur affectus ſuſcipiētis dilectum. Scio tn̄ te non poſſe ſatiſfacere huic preparationi ex merito tue actionis etiam ſi per integrū anum prepararares et nichil aliud in mente haberes Sed ex ſola pietate et gratia mea ꝑmitteris ad mē

ſam meā accedere ac ſi mendicus ad prandiū voca
retur diuitis: ⁊ ille nichil aliud habeat ad retribuā
dum beneficijs eius niſi ſe humiliando ⁊ regratian-
do. Fac quod in te eſt ⁊ diligenter facito non ex cō-
ſuetudine: non ex neceſſitate: ſed cum timore ⁊ reue
rentia ⁊ affectu accipe corpus dilecti dn̄i dei tui di-
gnantis ad te venire. Ego ſum qui vocaui ego iuſſi
fieri ego ſupplebo quod tibi deeſt veni ⁊ ſuſcipe me
Cum gratiam deuotionis triduo gratias age deo
tuo: nō quia dignus es: ſed quia tui miſertus ſum.
Si non habes ſed magis aridū te ſentis: inſiſte ora
tiōi ingemiſce et pulſa nec deſiſtas donec merearis
miccam aut guttam gratie ſalutaris accipere. Tu
me indiges nō ego tui indigeo. Nec tu me ſanctifi-
care venis ſed ego te ſctificare / ⁊ meliorare venio.
Tu venis vt ex me ſanctificeris / et michi vniaris vt
nouam gratiam recipias ⁊ de nouo ad emendatio-
nem accendaris. Noli negligere hanc gratiam ſem
per prepara cū omni diligentia cor tuū ⁊ introduc
ad te dilectū tuū. oportet autē vt nō ſolū te ꝑparas
ad deuotionē ante ↄmunionē: ſed vt etiā te ſollicite
conſerues in ea poſt ſacramenti perceptionem: nec
minor cuſtodia poſt exigitur q̄ deuota preparatio
prius. Nam bona poſtmodū cuſtodia optima iterū
eſt preparatio ad maiorem gratiam conſequendā.
Ex eo quippe valde indiſpoſitus quis redditur ſi ſta
tim fuerit nimis effuſus ad exteriora ſolatia. Caue
a multiloquio mane ī ſecreto et fruere deo tuo. Ipſū
enī habes quem totus mūdus tibi auferre non po-
teſt. Ego ſum cui te totū dare debes ita vt iā vltra
non in te: ſed in me abſq; omni ſolicitudine viuas.

¶ Quod toto corde aīa deuota christi vnionem in sacramento affectare debet. Cap. xiij.

Quis michi det dn̄e vt inueniā te solum ꝛ aperiam tibi totū cor meū ꝛ fruar te ſicut deſiderat aīa mea ꝛ iam me nemo deſpiciat nec vlla creatura me moueat vel reſpiciat: ſed tu ſolus michi loquaris et ego tibi/ſicut ſolet dilectus ad dilectū loq ꝛ amicus cū amico cōuiuari Hoc oro hoc deſidero vt tibi totus vniar ꝛ cor meū ab oib⁹ creatis rebus abſtraham magiſqꝫ ꝑ ſacraꝫ cōionem ac frequenteꝫ celebrationē celeſtia ꝛ eťna ſapere diſcā Ah dn̄e de⁹ qn̄ ero tecū totus vnitus ꝛ abſorpt⁹ meiqꝫ totaliter oblitus. Tu in me ꝛ ego i te ꝛ ſic nos pariter i vnuꝫ manere concede. Vere tu es dilectus meus electus ex milib⁹ in quo cōplacuit aníe mee habitare oíbus diebus vite ſue. Vere tu pacificus meus in quo pax ſumma et requies vera extra quē labor ꝛ dolor ꝛ infinita miſeria. Vere tu es deus abſcōditus: ꝛ cōſilium tuū nō eſt cū impíjs ſed cū humilib⁹ et ſimplicibus ſermo tuus. O qꝫ ſuauis eſt dn̄e ſpūs tuus qui vt dulcedinem tuā in filios demonſtrares pane ſuauiſſimo de celo deſcendente illos reficere dignaris Vere non eſt alia natio tā grādis que habeat deos appropinquātes ſibi ſicut tu deus noſter. ades vniuerſis fidelibus tuis quibus ob quotidianum ſolatiuꝫ ꝛ cor erigendū in celū te tribuis ad edendum et fruendū. Que eſt enī alia gens tā inclita ſicut plebs chriſtiana: aut q̄ creatura ſub celo tā dilecta vt aīa deuota ad quā ingredit̄ deus vt paſcat eā carne ſua glorioſa: O ineffabilis gratia o admirabilis dignātio amor immēſ⁹ hoī ſingulariter ipenſus. Sed quid

retribuam dño pro gratia iſta/pro caritate tam exi-
mia? Nõ eſt aliud quod grati⁹ donare queam q̃ vt
cor meum deo meo totaliter tribuã ⁊ intime cõiũgã
Tunc exultabunt oĩa interiora mea cum pfecte fue-
rint vnita deo oĩa mea. Tunc dicet mihi ſi tu vis eẽ
mecum ego volo eſſe tecũ Et ego reſpõdeo eſſe illi.
Dignare domine manere mecum ego volo libenter
tecũ. Hoc eſt totũ deſideriũ meũ vt cor tibi ſit vnitũ

¶ De quorũdam deuotoꝝ ardenti deſiderio ad corpus chriſti. Capitulũ. xiiij.

O Quam magna multitudo dulcedinis tue dñe
quam abſcondiſti timentibus te. Quando re
cordor deuotorum aliquorum ad ſacramentũ tuum
domine cum maxima deuotione ⁊ affectu accedẽtiũ
tunc ſepius in meipſo confũdor et erubeſco ꝙ ad al
tare tuum et ſacre cõionis menſam tam tepide ⁊ fri
gide accedo ꝙ ita arid⁹ ⁊ ſine affectione cordis ma-
neo ⁊ ꝙ non ſum totaliter accenſ⁹ coram te deo meo
nec ita vehementer attractus et affectus ſicut mul-
ti deuoti fuerũt qui pre nimio deſiderio communio
nis et ſenſibili cordis amore a fletu ſe non potuerũt
continere ſed ore cordis ⁊ corporis pariter dñ tẽ de
um fontem viuum medullitus inhiabant ſuam eſu-
riam non valentes aliter temperare nec ſatiare niſi
corpus tuum cũ omni iocũditate et ſpirituali auidita
te accepiſſent. O vera ardẽs fides eorum probabile
exiſtens argumentum ſacre preſentie tue. Iſti enim
veraciter cognoſcunt dominũ ſuũ in fractiõe panis
quorum cor tam valide ardet in eis de ieſu ambulã
te cum eis. Longe eſt a me ſepe talis affect⁹ et deuo
tio tam vehemens ardor et amor. Eſto mihi pro-

picius ieſu bone dulcis et benigne et concede paupi mendico tuo vel interdū modicū de cordiali affectu amoris tui in ſacra colatione ſētire vt fides mea magis cōualeſcat: ſpes i bonitate tua pficiat ꝛ caritas ſemel pfecte accenſa et celeſte māna expta nunq̄ꝫ deficiat. Potēs eſt aūt mia tua etiā grām deſideratā mihi pſtare et in ſpū ardoris cum dies beneplaciti tui aduenerit me clementiſſime viſitare. Et eni licet tanto deſiderio tam ſpecialium deuotoꝝ tuoꝝ non ardeo tū de gra tua illiꝰ magni inflammati deſiderij deſideriū habeo orans ꝛ deſiderans omniū taliū feruidorum amatorum tuoꝝ participē me fieri ac eoꝝ ſancto conſortio annumerari.

¶ Quod gratia deuotionis humilitate ꝛ ſuiipſius abnegatione acquiritur. Capitulum. xv.

Oportet te deuotiōis grām inſtanter q̄rere indeſinenter petere: patiēter ꝛ fiducialiter expectare/gratanter recipere/humiliter pſeruare/ſtudioſe cū ea operari/ac deo tēpus ꝛ modum superne viſitationis donec veniat cōmittere: humiliare precipue te debes cum parū aut nihil deuotionis interiꝰ ſentis ſed nō nimiū deiici: nec inordinate contriſtari. dat ſepe deus in vno breui momento qd lōgo negauit tpe. Dat etiā q̄nq̄ꝫ in fine quod in pricipio orānis largiri diſtulit. Si ſemper cito gratia daretur et p voto adeſſet non eſſet infirmo hoī bene portabile. Propterea in bona ſpe ꝛ humili patientia expectāda eſt deuotionis gratia. Tibi tū ꝛ pctis tuis imputa cū non datur vel etiam occulte tollitur. Modicū q̄nq̄ꝫ eſt qd gratiā impedit ꝛ abſcondit: ſi tū modicū et non potius grande dici debeat quod tantū bonū

p̄hibet. Et ſi hoc ipm̄ modicū vel grāde amoueris
et perfecte viceris erit quod petiſti. Statim nāq; vt
te deo ex toto corde tradideris nec hoc vel illud pro
tuo libitu ſeu velle q̄ſieris ſʒ integre te in ip̄o poſue=
ris vnitum te inuentes/et pacatū: qꝛ nil ita bene ſa=
piet et placebit ſicut beneplacituʒ diuine volūtatis
Quiſquis ergo intētionē ſuā ſimplici corde ſurſum
ad deum leuauerit ſeq; ab oī iordinato amore ſeu di
ſplicētia cuiuſlibet rei create euacuauerit aptiſſimꝰ
gr̄e percipiende ac dignus deuotionis munere erit.
Dat enim deus ibi benedictionē ſuā vbi vaſa vacua
inuenerit. Et quāto p̄fectius quis infimis renuncia
uerit ꝛ magis ſibiipſi p ꝯtemptum ſui morit: tanto
gratia celerius venit/ copioſius intra/ ꝛ altius libe
rum cor eleuat. Tunc videbit et affluet ꝛ mirabit et
dilatabit cor eiꝰ in ipſo qꝛ manꝰ dñi cū eo/ et ipſe ſe=
poſuit totaliter in manu eius vſq; in ſeculū. Ecce ſic
benedicetur hō qui querit deū in toto corde ſuo: nec
in vanum accipit animā ſuam. Hic in accipiendo ſa
cram euchariſtiā magnā ꝓmeret diuine vniōis gra
tiam: qꝛ non reſpicit ad ꝓpriam deuotionem ꝛ con=
ſolationem: ſed ad dei gloriam et honorem.

¶ Vt neceſſitates noſtras chriſto aperire ꝛ eiꝰ
gratiam poſtulare debemus. Capm. xvi.

O Dulciſſime atq; amantiſſime dn̄e quem nunc
deuote deſiderio ſuſcipere tu ſcis infirmitatē
meam et neceſſitatem quam patior: in quātis malis
et viciis iaceo q̄ʒ ſepe ſum grauatꝰ/ tentatꝰ/ turba=
tus/et inquinatꝰ. Pro remedio ad te venio/ pro cō
ſolatione et ſubleuamine te deprecor omnia ciens
loquor cui manifeſta ſūt oīa interiora mea: ꝛ queſo

lus potes me pfecte cõſolari ꝛ adiuuare. Tu ſcis q̄
bus indigeo pre oibus/ꝛ q̄ȝ pauper ſum in virtutib⁹
Ecce ſto añ te paup ꝛ nudus grãm poſtulãs ꝛ miaȝ
iplorans. Refice eſuriētē mēdicū tuū: accēde frigidi
tatē meã igne amoris tui illumia cecitatē meã clari
tate pñtie tue. Verte mihi oia terrena in amaritu
dinem oia grauia et cõtraria in patiētiã oīa iſima
et creata in cõtemptū ꝛ obliuionē. Erige cor meum
ad te in celū: ꝛ ne dimittas me vagari ſup terrã. Tu
ſol⁹ mihi ex hoc iã dulceſcas vſq̄ in ſeculū: q: tu ſol⁹
cib⁹ ꝛ pot⁹ me⁹ amor me⁹ et gaudiū meū: dulcedo
mea et totum bonū meū. Utinã me totaliter ex tua
preſentia accēdas: combures: ꝛ in te tranſmutes vt
vn⁹ tecum efficiar ſpūs p gratiam interne vnionis et
liq̄factionē ardētis amoris Ne patiaris me ieiunū
et aridum te recedere ſȝ operare mecū misericordit
ſicut ſepius operat⁹ es cuȝ ſanctis tuis mirabiliter
Quid mirū ſi tot⁹ ex te igneſcerem et in meipſo defi
cerem cū ſis ignis ſemp ardēs ꝛ nūq̄ȝ deficiēs amor
corda purificans ꝛ intellectū illuminans.

¶ De ardenti amore ꝛ vehementi affectu ſuſci-
piendi xpm. Uox diſcipuli. Capm. xvij

Cum ſumma deuotione ꝛ ardenti amore cum
toto corde affectu et feruore deſiderio te dñe
ſuſcipere quemadmodum multi ſācti et deuote per
ſone in cõicando te deſiderauerunt/ q̄ tibi maxime
in ſanctitate vite placuerūt/ꝛ ardētiſſima deuotiõe
fuerunt. O deus me⁹ amor etern⁹ totum bonū meū
felicitas ïetermiabilis cupio te ſuſcipere cum vehe
mētiſſio deſiderio ꝛ digniſſima reuerētia quã aliq̄s
ſctõꝝ vnq̄ȝ habuit et ſentire potuit. Et licet idignus

tam oĩa illa ſentimēta deuotionis hēre tū affero tibi
totū mei cordis affectū ac ſi oĩa illa gratiſſime inflā
mata deſiderio ſolus haberē. Sed ꝛ q̃cunqȝ pōt pia
mens ꝯcipere ꝛ deſiderare: hec oĩa tibi cū ſūma re-
uerētia veneratione ac intimo fauore ꝑbeo ꝛ offero
Nichil opto mihi reſeruare ſed me ꝛ oĩa mea tibi
ſponte ꝛ libentiſſime imolare. Dñe deus meus crea
tor meus ꝛ redēptor meꝰ: cū tali affectu: reuerentia
laude ꝛ honore: cū tali gratitudine dignitate ꝛ amo
re. cū tali fide ſpe et puritate te affecto hodie ſuſci-
pere ſicut te ſuſcepit et deſiderauit ſctiſſima mr̃ tua
glorioſa ꝟgo maria qñ angelo euāgelizāti ſibi incar
nationis myſterium hūiliter et deuote rñdit. Ecce an
cilla dñi fiat michi ſcdm ꝟbū tuum. Et ſicut beatus
ꝑcurſor tuus excellētiſſimꝰ ſctoꝝ Johānes baptiſta
in pñtia tua letabundꝰ exultauit in gaudio ſpūſſcti
dū adhuc maternis clauderet̃ viſceribus et poſtmo
dū cernēs inter hoīes ieſuȝ ambulātē valde ſeh ūilt
ans deuoto cuȝ affectu dicebat. Amicus. autē ſpōſi
q̃ ſtat et audit cū gaudio gaudet propter vocē ſpōſi
ſic et ego magnis et ſacris deſiderijs opto iſlāmari
tibi ex toto corde meipm̄ preſentare. Unde et oim̄
deuotoꝝ cordiū iubilationes ardētes affectus men
tales exceſſus ac ſpūales illuminationes et celicas
viſiones tibi offero et exhibeo cū oibus virtutibꝰ et
laudibus ab omi creatura in celo et in terra celebra
tis et celebrādis pro me et oibꝰ michi in orone ꝯmē
datis: q̃tenꝰ ab oibꝰ digne lauderis et i ꝑpetuū glorifi
ceris. Accipe vota mea dñe deꝰ meꝰ et deſideria in
finite laudationis et imēſe bñdictionis q̃ tibi ſcoȝ mul
titudinē ineffabilis magnitudinis tue iure debemꝰ

Hec tibi reddo et reddere deſidero ꝑ ſingulos dies et momēta tēpoꝝ atq̄ ad reddenduȝ mecū tibi gratias et laudes oēs celeſtes ſpūs ⁊ cūctos fideles tuos ꝓcibus ⁊ affectibus inuito et exoro. Laudēt te vniuerſi populi: tribus ⁊ lingue ⁊ ſanctum ac melliſluū nomē tuū cū ſumma iubilatione ⁊ ardēti deuotione magnificent. Et quicunq̄ reuerenter ac deuote altiſſimū ſacramentū tuū celebrant et plena fide recipiunt: gratiam ⁊ miſericordiā apud te inuenire mereanť ⁊ ꝓ me pctōre ſupplicit' exorēt. Cūq̄ optata deuotione ac fruibili vnione potiti fuerīt ⁊ bene conſolati ac mirifice refecti et de ſacra mēſa celeſti abceſſerint/mei pauperis recordari dignentur.

¶ Quod homo non ſit curioſus ſcrutator ſacramēti: ſed humilis imitator xp̄i ſubdēdo ſenſum ſuum ſacre fidei. Capitulum. xviij.

Cauendum eſt tibi a curioſa ⁊ inutili perſcrutatione huius profundiſſimi ſacramenti ſi non vis in dubitationis profundū demergi. Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimeť a gloria. Plus valet deus operari q̄ȝ hō intelligere poteſt. Tolerabilis pia et hūilis inq̄ſitio v̄itatis parata ſp̄ doceri ⁊ ꝑ ſanas patrū ſn̄ias ſtudēs āmbulare. Btā ſimplicitas q̄ difficiles q̄ſtionū relīq̄t vias ⁊ plana ac firma ꝑgit ſeita mādatoꝝ dei. Multi deuotiōeȝ ꝑdiderūt dū altiora ſcrutari voluerūt. Fides a te exigiť ⁊ ſincera vita nō altitudo intellect⁹ neq̄ ꝓfunditas myſterioꝝ dei. Si nō intelligis nec capis q̄ infra te ſunt quō ꝯprehendes ea q̄ ſupra te ſunt. Subde te deo ⁊ humilia ſenſum tuū fidei ⁊ dabiť tibi ſcie lumē ꝓut tibi fuerit vtile ac neceſſariū. Quidā grauiter tētantur de

fide ac ſacramēto/ſed nō eſt hoc ipis īputandū ſȝ po
tius inimico. Noli curare/noli diſputare cū cogita-
tionib⁹ tuis nec ad immiſſas a dyabolo dubitationes
reſpōde ſed crede v̄bis dei crede ſctis ei⁹ ⁊ ꝓphetis
et fugiet a te neq̄ī inimic⁹. Sepe multū ꝓdeſt ꝙ talia
ſuſtinet dei ſeru⁹. Nā infideles et pctōres non tētat
quos ſecure iā poſſidet: fideles autē deuotos varijs
modis tentat ⁊ vexat. Perge ergo cū ſimplici ⁊ idu
bitata fide/et cuȝ ſimplici reuerentia ad ſacr̄m acce
de Quicq̄d intelligere nō vales deo oīpotēti ſecure
cōmitte. Nō fallit te deus/fallit̄ q̄ ſibi nimiū credit
Gradit̄ de⁹ cū ſimplicib⁹/reuelat ſe hūilibus da in-
tellectū puulis/aperit ſenſum puris mētib⁹ ⁊ abſc̄o
dit grām curioſis et ſup̄bis Ratio hūana debilis ē
⁊ falli pōt/fides aūt vera falli nō pōt Ois rō ⁊ na-
turalis inueſtigatio eādeȝ ſeq̄ dȝ/non p̄cedere neci
fringere. Nā fides et amor ibi maxime p̄cellūt ⁊ oc
cultis modis in hoc ſctiſſimo ⁊ ſuperexcellētiſſimo
ſacr̄o operantur. Deus eternus et imenſus īfiniteq̄ȝ
potentie facit magna ⁊ īſcrutabilia i celo ⁊ in terra
nec eſt inueſtigatio mirabiliuȝ operū eius. Si talia
eēnt opera dei vt facile ab humana rōne caperent̄
non eſſent mirabilia nec ineffabilia dicenda.

¶ Explicit liber quartus ⁊ vltimus de ſacramento
altaris.

¶ Johānis gerſon cancellarij pariſienſis de cōtem-
ptu mundi deuotum ⁊ vtile opuſculum finit.

¶ Sequitur tractatus de meditatiōe cordis ab eo
dem. M. iohanne de gerſonno. Cpm.i.